



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Concilia Galliæ Narbonensis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1668**

Illvstrissimo Viro D. D. Ioanni Baptiste Colberto, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14646**



ILLVSTRISSIMO VIRO D. D.  
IOANNI BAPTISTÆ  
COLBERTO,

REGI AB INTIMIS CONSLIIIS,  
Generali ærarij moderatori , summo  
regiorum ædificiorum Præfecto , re-  
giorum ordinum Quæstori , Marchio-  
ni de Seignelay , &c.

**P**RUDENTVM reprehensioni meritò essem ob-  
noxius , si Concilia Galliae  
Narbonensis , quæ nunc in  
lucem eduntur , tibi non in-  
scriberem , VIR ILLVS-  
TRISSIME , tibi , in-  
quam , qui cùm literas ac ceteras bonas artes  
summo amore prosequaris , mihi privatim tri-

## EPISTOLA.

buisti ut plurimum & honestissimum otium tua  
benignitate ac munificentia consecutus sim,  
nulla alia in re quam in literarum tractatione  
consumendum. Adjunxisti autem huic otio ma-  
gnum adjumentum magnumque subsidium, mi-  
rificam ac valde locupletem optimorum librorum  
bibliothecam, quam in edibus tuis pulcherrimo  
in loco ac quietis & tranquillitatis plenissimo  
conlocasti, quam vero dum meae curae commit-  
tere dignatus es, totam integrum mihi dedi-  
sti fruendam. Pro summis illis tuis in me be-  
neficijs cum quod referrem, nihil haberem,  
VIR PRÆSTANTISSIME, sedit ani-  
mo meo illa cogitatio, querendam esse aliquam  
occasione, qua & me in te reverentie testi-  
monium darem, & tibi persuasum pro mea vi-  
rili facerem redundare in animo meo gratiam  
quam neque verbis neque factis rependere  
possum parem beneficij tuis. Institui itaque  
eternitati tui nominis consecrare ingentem  
Conciliorum Ecclesiæ catholicæ collectionem,  
quam, confidenter dicam, non mediocri labo-  
re meo confeci, rem præclarissimam, ut que  
multum conducere potest ad informandos Chri-  
stianorum mores revocandamque veterem dis-  
ciplinam, que est maxima ac precipua isto-  
rum studiorum utilitas, tum etiam ad illu-  
strandam historiam ecclesiasticam. Verum quis  
editio illa longum deliberandi spatium requi-  
rit, multaque me & eæ graves causæ vetant

## EPISTOLA.

manum integro operi admovere impreſentia-  
rum, hanc illius partem edere in antecessum  
placuit ſub felicibus tui nominis auſpicij,  
VIR ILLVSTRISSIME, ne quis vel  
hanc partem occupet operis tibi destinati, &  
ut ex ea occaſione planum omnibus faciam  
valde cupere me, ſi vires ita ut animus ader-  
ſent, maxima tua in me conlata beneficia ti-  
bi ſolvere, ac preterea, ut juſtiffimam, que  
ſummis tuis virtutibus debetur, veneratio-  
nem tibi impendam. Sentio atque intelligo  
heic mihi magnum aperiri campum ad cele-  
brandam immortalium tuorum facinorum glo-  
riam, ſineret modò tua ſingularis modetia,  
qua id affecutus es, ut cum omnes laudes me-  
reariſ, nemo, cui tua gratia cordi ſit, illas  
audeat enarrare, ſatisque habeat digitum ad  
illas intendiſſe. Eſſet enim iſtic locus am-  
pliſſimus & opportunifſimus commemorandi  
ac debitibz honoribz profequendi caritatem  
tuam erga rem publicam, obſequium in Princi-  
pem, ſpectatiffimam fidem tuam in dandis  
conſilijs, affiduamque & indefeffam diligen-  
tiam induſtriāmque admirabilem in exequen-  
dis negotijs que provida & alta Regis incom-  
parabilis mente deſtinantur. Adeo nihil eſt  
tam arduum, nihil tam excelfum, quo ani-  
mus ille tuus pertingere non poſſit, quando de  
gloria Principis agitur, aut de publica uti-  
litate. Felicitati ſane ſeculi, quæ tantum Re-

ā iiij

## EPISTOLA.

gem huic florentissimo regno rectorem edidit,  
sed tamen etiam tuæ providentiae, VIR SA-  
PIENTISSIME, tuis curis, tuæ vigilan-  
tiae, & ut uno verbo omnia complectar, stu-  
pendo labori tuo tribuendum est quod res olim  
difficillimas ac pulcherrimas, sœpe sub alijs  
Principibus in cassum tentatas, sub Ludovico  
demum Augusto feliciter consummatas esse  
videmus. Vnde facile augurari licet quod si-  
cuit nos res à majoribus nostris fortiter ac præ-  
clarè gestas lèti admirantésque laudamus, ita  
grata posteritas etati nostræ gratulabitur sa-  
crum ararium restitutum, opes regni auctas,  
sanctissimas leges, quæ per summam auda-  
ciam perdiu jacuerant neglectæ, revocatas,  
hanc urbium reginam nocturnis latronibus  
aliisque rei publicæ pestibus & incommodis  
purgatam, Gallicum nomen ad ultimos usque  
terrarum mariisque terminos delatum per com-  
mercia externa, negotiatores honoribus auctos,  
ampla bonis studijs atque artibus præmia con-  
stituta, & quod vel in primis dici debuit, ma-  
Cassiodor.  
lib. 7.  
Var.  
epist. 5.gnificantiam aedium regiarum. Nam hæc sunt  
oblectamenta regnantis, potentia imperij de-  
cora facies, testimonium præconiale regnum.  
Hæc legatis sub admiratione monstrantur; &  
prima fronte talis Dominus esse creditur, qua-  
le ejus habitaculum comprobatur. Citiùs me  
deficeret oratio quam materia scribendi de te  
præclara ac magnifica, si liceret ire per latt-

## EPISTOLA.

dum ac virtutum tuarum titulos. Sed revoco  
me, VIR ILLVSTRISSIME, ut &  
verecundiae tuae obsequar, & ut ad hanc mu-  
neris mei partem redeam, quam tibi cum ea  
qua pars est veneratione offero, quāmque val-  
de te rogo atque etiam oro ut boni aequique con-  
sulere velis, qui ita es ingenio placibili inter  
cetera virtutum, ut boni consulas errata  
leviora.

Lutetiae Parisiorum  
vi. Kal. Februarij  
M D C L X V I I I .

STEPH. BALUZIUS.

— a iiiij